Fragmentarium

de meo accipiet et annuntiabit
nobis. Off. Jubilate deo omnis terra.
Deus qui nos per hujus sacramenti
uenerandam commercia
unius summeque diuinitatis participes
esse fecisti. presta quesumus. ut sicut
tuam cognoscimus uiritatem
sic eam dignis moribus prosequamur. P.
Communio. Cum uenerit paracletus
spiritus ueritatis ille arguet mundum
de peccato et de iustitia et de iudicio
alleluia. Opl.
Adesto nobis domine deus noster
ut per hec que fideliter sumpsimus
purgemur a uitiis et a periculis
omnibus exuamur. P. Sta. in
Ad thessalonicenses
Fratres. Omnes uos filii lucis estis et
filii diei. Non sumus noctis neque
tenebrarum. Igitur non dormiamus
sicut ceteri. sed uigilemus
et sobrii simus. Qui enim dormiunt
nocte dormiunt. et qui
ebrii sunt. nocte ebrii sunt. nos
autem qui diei sumus sobrii simus
induti loricam fidei et caritatis et ga-
leam spe. et salutis quia non posuit
nos deus in iram. sed in adquisitionem
salutis. per dominum nostrum ihesum
xpm qui mortuus est pro nobis
ut siue uigilemus siue dormiamus
simul cum illo uiuamus
Propter quod consolamini inuicem et edificate alterutrum. sicut et facitis
in xpo ihu domino nostro. S. ollem.
Illo tempore. Respiciens ihs in discipulos suos dixit. Pater sancte serua eos
in nomine tuo quos dedisti mihi
ut sint unum sicut et nos. Cum
essem cum eis. ego seruabam eos
in nomine tuo. Quos dedisti mihi
custodiui. et nemo ex ipsis perijt nisi filius perditionis ut scriptura impleatur. Nunc autem
ad te uenio. et hec loquor in mundo. ut habeant gaudium meum
impletum in semetipsis. Ego dedi
eis sermonem tuum. et mundus
eos odio habuit quia non sunt
de mundo. sicut et ego non sum
de mundo. Non rogo ut tollas
eos de mundo. sed ut serues eos
a malo. De mundo non. sicut et
ego non sum de mundo. Sanctifica eos in ueritate. quia sermo
tuus ueritas est. Sicut tu me mi-
sisti in mundum. et ego misi eos
in mundum. Et pro eis sanctifico me ipsum ut sint et ipsi sanctificati in
ueritate. Non pro his autem rogo tantum. sed et pro eis qui credituri sunt
per uerbum eorum in me ut omnes unum
sint. sicut tu pater in me et ego in
te. ut et ipsi in nobis unum sint

https://www.landesarchiv-bw.de/nutzungsbedingungen – Stuttgart, Hauptstaatsarchiv Stuttgart, H 218 Bd. 3, H_218_Bd_3_r – Missale (https://fragmentarium.ms/view/page/F-awg2/2069/25621)